



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

39. De providentia in institutione venerabilis Sacramenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

4. Reg. 4. 6. Me salu Sap 10a. 3. Heb 6. Ad 12. cut oleum pauperis viduæ propter verbum E- lilæi. *Nunquam cessavit fluere, quamdiu fue- runt vasa vacua, in quibus reciperetur. Possunt etiam frequentari ad augmentum gratiæ.*

MEDITATIO XXXIX.

De providentia in institutione vene- rabilis Sacramenti.

PUNCTUM PRIMUM.

Collatio cū lig- no vitæ. **C**onferam cum providentia erga Adamum quando præter tot alias arbores, dedit *Li- num vitæ*, quo posset non mori : at multò hoc præstantius, quod dat vitam animæ, & est simile cœlesti, *Reddenti fructus duodecim per singulos menses, & folia illius ad sanitatem gen- tium.* Nam in hoc Sacramento Christus ipse sumitur. *Qui est via, veritas & vita: & esus il- lius parit in nobis duodecim fructus Spiritus: qui sunt Charitas, &c.* Folia autem, id est, ver- ba de hoc Sacramento, ut ait Christus, *Spiri- tus & vita sunt, ad sanitatem gentium.*

Gen. 2. 9. Apoc. 22. 2. Ioan. 14. 6. Gal. 5. 22. Ioan. 6. 64. Roa. 4.

PUNCTUM II.

2. Cum Manna. **C**onferam cum providentia erga filios Isra- cël, quibus dedit *Manna panem de cælo & panem Angelorum eorum ministerio præpara- tum.* At hic verus de cælo est, & Spiritus san- cti opera paratus in utero Virginis : manna e- rat ut *Ros, minutum, & in similitudinem pruinæ*

Ecc. una Exod. 16. 14. Num. 11. 18. Ps. 71. 6. 6A-

caedebat super terram : Hic autem descendit sicut ros, & sicut stillicidia stillantia super terram. Illud frangebatur mola, & coquebatur in olla, Christus laboribus attritus, & in aqua afflictionum, ab igne charitatis excoctus fuit, ut melius in cibum esset : quare pro maledictione illa : *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, panem de caelo praestitit eis sine labore.*

Manna erat medicina etiam praeservans a morbis : unde *Non erat in tribubus eorum infirmus* : at hic melius sanat morbos peccatorum, & praeservat ab illis : quin dabit etiam corpori vitam : *Qui manducat & bibit, habet vitam aeternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die.* Igitur per cibum incurrimus mortem : per hunc cibum vitam acquirimus. O, ne hic ipse fiat in mortem indignè sumptus ! *Sunt enim inter nos infirmi multi, & imbecilles, & dormiunt multi* : Quia sumunt *Non dijudicantes corpus Domini.*

Manna erat unius saporis ex natura, ut panes oleati ; at hic panis caelestis praebat justis omne delectamentum suavitatis : ita Evcharistia palato sapit panem, at Spiritui *Omnes suavitates* : quia ejus dulcedo super omnes est corporales, & quia facit ut nobis sapiant omnes virtutes.

Manna sic erat : ut nec qui plus colligeret, praescriptam mensuram, haberet amplius : nec, qui minus paraverat, reperiret minus : ita in Evcharistia

Gen. 3.

19.

Sap. 16.

20.

Ps. 104.

37.

Joan. 6.

55.

1. Cor.

11. 3.

Sap. 16.

20.

charistia. Tantum enim sub fragmento, quantum toto tegitur : & manet tamen Christus totus sub utraque specie.

PUNCTUM III.

Exod.

16. 21.

Sap. 16.

27. 28.

1.

2.

Exod.

16. 13.

3.

Media
salutis.

Sap. 3. 1.

1.

Ioan. 17

3.

Heb. 11.

6.

Act. 4.

12.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

Rom. 15.

4.

Ecclesia
una.

Quòd manna debeat colligi ante ortum solis : alioqui liquefiebat & peribat : quoniam Oportet pravenire solem, ad benedictionem tuam accipiendam, & ad ortum lucis adorare : Surgendum diluculo. 1. Ad colligendum manna devotionis, per sanctas hujus Sacramenti meditationes, ante diurnas occupationes & distractiones. 2. Ad memorandum beneficium, assistendo huic sacrificio : nam si dati mannae voluit Deus extare memoriam, dum ex eo Gomer unum asservari voluit in Arca : multò magis hujus, quo nos pavit, non jam 40. annis, sed millenis, usque in finem. 3. præcipuè diebus Communionis id agendum : & sicut ante sabbatum colligebatur duplex portio, quod in sabbato non decideret : ita sex diebus vitæ præsentis studiosè colligam fructus hujus Sacramenti, ut in æterno sabbato frui possim, revelata jam facie. Ad hæc præstanda juvabunt sequentes meditationes de hoc Sacramento,



ME-